



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Monvmenta Paderbornensia**

**Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>**

**Paderbornae, 1669**

8. Vicinam Drvso Genitori Condidit Aram.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11425**

ac nomine coronarum donavit, quas distinctas Solis ac Lunæ siderumque specie exploratorias appellavit. Et c. 47. *Conversus hinc ad curam triumphi, præter captivos & transfugas barbaros, Galliarum quoque procerissimum quemque, & ut ipse dicebat à τὸν δὲ ἀπὸ τοῦ εὐλοῦ, ac nonnullos ex principibus legit ac seposuit ad pompam: coëgitque non tantum rutilare, & submittere comam, sed & sermonem Germanicum addiscere, & nomina barbarica ferre.*

8. VICINAM DRUSO GENITORI CONDIDIT ARAM. Tacit. 2. annal. *Tumulum nuper Varianis legionibus structum, & veterem aram Druso sitam disjecerant, restituit aram, honorique patris princeps ipse cum legionibus decucurrit. antiquissimo ritu in funere illustrium virorum, quem Virgilius. lib. 5. & II. Æneid. Livius. lib. 25. Lucanus. lib. 8. Statius. lib. 6. descriperunt. Diversa fuit hæc ara à tumulo honoratio, cuius Sueton. in vitâ Claudij. cap. 1. meminit. Exercitus honorarium ei tumulum excitavit, circa quem stato die, quotannis decurreret, & Galliarum civitates publice supplicarent. Hic enim ad Rhenum erat, illa verò Luppia & Alifoni vicina, in ea planitie, quæ inter Alifonem jacet & Luppia caput.*

9. ET TVLIT AVSONIIS MANIBVS INFERRIAS. Sueton. in vita Caligulæ c. 3. de Germanico. *Sicubi clarorum virorum sepulcra cognosceret, inferias manibus dabat. Casorum clade Variana veteres ac dispersas reliquias uno tumulo humaturus, colligere sua manu, & comportare primus aggressus est. Tacit. lib. 1. An. Igitur cupido Casarem invadit solvendi summa militibus ducique, permoto ad miserationem omni qui aderat exercitu, ob propinquos, amicos, denique ob casus bellorum & sortem hominum. Premisso Cecina ut occulta saltuum scrutaretur, pontesque & aggeres humido paludum & fallacibus campis imponeret,*